

omniscientia est proprium Dei. E. est accidēs. Hic responde-
tur ad propositionem negando. Nam non omne proprium
est accidens, scil. prædicabile. Nam ita propriū distinguitur
ab accidente. Deinde non omne proprium est accidens præ-
dicamentale, sed illud solū, quod realiter differt à subje-
cto; qualis non est omniscientia Dei. Item cū quis ita col-
ligit: Omne propriū est accidens. E. Porphyrius malè distin-
xit proprium ab accidente. In hāc argumentatione itidem
confunditur accidens prædicabile cum prædicamentali. Vi-
de suprā lib. 2. cap. 11. 3. *Cū accidens absolutum confundi-
tur cum respectivo, & contrā: ut, cū in S. Cœnā non distin-
guitur actio à relatione: cū fides iustifica in negotio iusti-
ficationis consideratur tanquam habitus, ubi debet confide-
rari $\chi\epsilon\lambda\eta\kappa\omega\varsigma$.*

III. Quantitatis:

1. *Cū quantitas extensiva confunditur cum intensivā,
& prædicamentalis cum transcendentali: ut, Angelus est quā-
tus. Ergo est corporeus. Non sequitur: quia Angelus non est
quantus quantitate prædicamenti. Sic nec sequitur: Eruditio
Johannis non est tanta, quanta est eruditio Petri. E. eruditio
est res sensilis. Ratio: quia eruditio recipit quantitātē intensi-
vam seu virtutis, non extensivā seu molis.* 2. *Cū soli quan-
titati tribuitur actio: ut, cū major lapis dicitur magis pre-
mere, quā minor; cū medicamentū dicitur diversimodè
operari pro diversitate dosis & ponderis; & utrumq; adscri-
bitur quantitati. Non enim quantitas, quæ est ignava, utpo-
te fluens ab ignavissimo ente, nimirū materiā, aliquid viri-
um habet, sed quatenus est instructa variis qualitatibus, ut
lapis ratione gravitatis majoris vel minoris, medicamentum
ratione qualitatū coagmētatarum seu unitarū dicitur ve-
hementer operari. Huc facit illud: *Virtus unita est fortior
dispersa.* Numero tamen & lapidi, videl. limiti, tribuitur vis
seu valor, sed $\epsilon\kappa\theta\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\omega\varsigma$, ex instituto.*

IV. Qualitatis:

1. *Cū dispositio vel $\delta\upsilon\acute{\omega}\alpha\mu\iota\varsigma$ $\phi\upsilon\sigma\iota\kappa\eta$ confunditur cum
habitu sic $\epsilon\grave{\gamma}\alpha\upsilon\gamma\acute{\epsilon}\tau\omega\varsigma$ dicto: ut, Est homo. E. doctus est literas.
Iste puer tenet rudimenta Grāmatices. E. est doctus. Hoc nō
sequitur nisi contingenter. At hoc sequitur: Est homo. E. po-
test doce-*